Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

solent gemme que commutantur tempora
le aliquid preciosum pro aliquo vili. hoc est
pro transitorio dum modo pulchrum appare
at. Sic mundani commutant regnum
celorum quod est pulcherrimum et preciosum pro vili
id est transitorio. Debemus enim facere ut faciunt
coloni bonos agros colunt et semi
nant, steriles dimittunt et incultos. Bo
nus ager est regnum celorum, sterilis vero mun
dus. istum agrum scilicet mundum non debemus
seminare id est diligere quia sterilis est quo
ad vitam eternam. sed illum nobilem debemus
seminare scilicet regnum celorum. In illo agro tamen
est gaudium de visione dei. Unde dicit Augustinus
quod dampnati qui sunt in inferno mallent
deum videre si fieri posset et remanere in pe
nis quam non videre et liberari a tor
mentis. ibi est plenum gaudium quia nostre
aures audient illa nova cantilena
quam cantabunt sancti angeli et omnes sancti
ante thronum dei. de quo dicitur Apoc. v.
Quatuor habebant cytharas et fialas
aureas plenas odoramentorum que sunt
orationes sanctorum. quia cantabunt canticum
novum. aurem cythare et phyale sunt
corpora sanctorum glorificata in quibus nunc
tamen dyabolus in hac vita cytharizavit
sed modo blande cytharizat meis de.
Odor huius agri est tante virtutis quod
si homo modicum huius odoris in presenti perci
peret omnia gaudia huius presentis
mundi. et de hoc possumus habere exemplum
in virgine quadam nomine Dorothea. de il
la legitur quod cum duceretur ad mortem sta
bat quidam iuvenis nomine Theophi
lus gentilis deridens eam et dicens
rogo te Dorothea ut cum ad Christum spon
sum tuum veneris mittas mihi de orto
suo flores et poma. Illa deridendo aut
quod sunt infidelis promisit ergo se hoc
facturam. Cum ergo ad locum passionis ve
nisset, ad orationem se contulit. corone

quidam puer pulcherrimus veste stellata indutus
eidem apparuit qui tempore yemis tunc in quadam sportula

sua flores et poma protulit et ad
vocato puero assignavit dicens va
de et porta hec Theophylo et dic
ei quod sponsus misit sibi de orto suo
quibus ille receptis tanto odore per
fusus est ut iam pene amens esset
incepit clamare Benedictus sit ihesus
Christus. quo audito infideles astantes
tenuerunt eum et tantis tormentis
affecerunt eum ut omnes qui vide
bant passionem eius semper ab hor
rebant. In illo scilicet regno celorum est
plenum gaudium. De eodem

Ego vox clamantis in deserto
et cetera. Luc. iii. Apud iudeos de Johanne
tres opiniones esse videbantur. Quidam
dicebant eum esse Christum propter sanctitatem suam
et auctoritatem baptizandi. Super hoc
respondet Crisostomus quod hii sunt triplici de causa.
Primo propter habitus asperitatem. Christus enim fe
rebat vestes communes. Johannes autem
setas de pilis camelorum. Secundo propter vic
tus paruitatem quia Christus panem et vinum cum
peccatoribus manducabat. Johannes autem
habebat durum et vitabat consortia
peccatorum. Tertio propter genus illustre quia ihesum
de fabro genitum credebant et de pau
pere matre natum sciebant. Johannem vero
filium summi pontificis esse cognove
rant. propter istas tres opiniones crede
bant Johannem esse Christum. Alii dicebant
eum esse Helyam propter inhabitationes deserti
et nimiam abstinentiam et fervorem
zeli. alii dicebant esse prophetam propter
gratiam predicandi et ideo miserunt nunci
os ad ipsum ut discernerent veri
tatem. Et cum respondisset se non esse
Christum nec Helyam nec prophetam sed ait ego
sum vox clamantis in deserto. Sicut
enim naturaliter vox precedit verbum
sic Johannes precessit Christum. In verbis istis
notantur primo predicatoris dignitas